

AVGVSTINI BARBOSÆ

LVSITANI, V. I. D.

PROTONOTARII APOSTOLICI,
NECNON IN SACRA INDICIS CONGREGATIONE
Consultoris, & Insignis Ecclesiæ Vimaransenfis Thesaurarij Maioris,
nunc electi Episcopi Vgentini,

SVMMA APOSTOLICARVM
Decisionum,

EXTRA IVS COMMVNE VAGANTIVM,

QVÆ EX VARIIS APPROBATISSIMORVM DOCTORVM LIBRIS
hucusque impressis, & ad calcem vniuscuiusque allegatis eorum sub fide collectæ,

Ad maiorem Studioforum omnium commoditatem alphabetico ordine disponuntur.

EDITIO VLTIMA AVCTA, ET RECOGNITA.



LUGDVNI.

Sumptibus P hilippi B orde, L aurentij A rnaud,
& C laudij R igaud.

M. DC. LVIII.

CVM PRIVILEGIO.





INNOCENTIO X.

PONT. OPT. MAX.

AVGVSTINVS BARBOSA LVSITANVS.



RECURSUS Solis ad locum suum; BEATISSIME PATER, mirificè laudatur^a, seu à Sapiente Deo ^{a Ecclesiastes 1.5.} in commodum renascentis velut naturæ depositus: laudantur^b, & quæ ad locum unde ^{b Ibid. 7.}

exeunt, flumina reuertuntur, ille quoniam cursu atque recurſu, noua progignit Mundo germina; ista quoniam perenniter irrigant renascentia. Mundus Ecclesia est; Solis locus, & sacra Bethſames, ^{c hoc est, domus Solis, d quin & Solis quo-} que fons Henſemis sacra Sedes est Apostolica: ^{c Iofue 15.10. d Iofue 18.17.} Sol gyrans, atque recurrens, Summus est Pontifex: iam occidens, iam renascens, & nouo velut exortu Mundum renouans, atque regnens, quasi communis omnium parens, seu voce vulgi PAPA. Radij Solis huius, vel quæ inde fluunt, seu è fonte Solis flumina, sacra sunt doctrinæ fluenta, & Apostolicæ sanctiones



S V M M A APOSTOLICARVM DECISIONVM

EXTRA IVS COMMVNE VAGANTIVM.



S V M M A R I V M.

- 1 *Dollares referuntur de iure Abbatum agere.*
- 2 *Monasterij in administratione se ingerere non debet Abbas litteris Apost. non expeditis.*
- 3 *Causs capitalibus non auditur Abbas pro Monachis, nisi Monachi in carcere constituto.*
- 4 *Prinacionis poenam non subit Abbas etiam in criminibus notariis, nisi ei promissa prius defensione.*
- 5 *Benedictus semel Abbas cum usu divitiu si transferatur ad aliam Abbatiam habentem usum Misae non indiget alia benedictione, sed potest per se ipsum Misam capere.*
- 6 *Benedictus Abbas, vel habens ex privilegio Sedis Apost. usum Pontificalium, si esset benedictus, potest omnia Sacra benedicere, illis exceptis in quibus Vultus requiritur.*
- 7 *Seminario ordinarij contribuere cogi non debet Abbas, qui in suo territorio, & iurisdictione prius seminarium proprium exercit, & prouisum retinebat.*
- 8 *Benedictionem ab Episcopo recipere debet Abbas non autem ab alijs Abbatibus alijs benedictis.*
- 9 *Privilegio concesso Abbatibus benedictis celebrandi Pontificaliter, & Pontificalia exercendi in eorum Ecclesijs, non gaudet Abbas non benedictus.*
- 10 *Constantien. Abbati non benedictio specialiter indulgetur ut possit benedicere paramenta & similia, que non requirunt oleum sanctum, vel sacram Vultionem pro seruitio locorum sue iurisdictioni subiectorum.*
- 11 *Abbas non benedictus, cui ex privilegio Apost. indulgetur ut possit benedicere paramenta, & similia que non requirunt sacram Vultionem, pro seruitio locorum sue iurisdictioni subiectorum non potest in eius Ecclesia has benedictiones facere pro usu Ecclesiarum secularium sibi non subditarum.*
- 12 *Benedicere ea, in quibus Vultus requiritur licet non valeat Abbas utriusque benedictus, tamen id ipsum efficere potest, si specialibus Sedis Apost. privilegijs natus fuerit.*
- 13 *Calices, Patenas, & similia, in quibus requiritur sacra Vultio, consecrare non potest Abbas etiam Barbol. Apost. Decil. Sum.*
- 14 *Privilegium habentes benedicendi vestes Sacras, comiticia, & similia, ea vel non possunt nisi in his rebus in quibus sacra Vultio non adhibetur, & pro seruitio duntaxat monasteriorum, & Ecclesiarum propriarum.*
- 15 *Privilegium habens Abbas, ut ea omnia, que spectant ad Episcopum, possit exercere, non potest tamen Christum consecrare, nec sacris Ordines conferre.*
- 16 *Confirmationis Christum non potest conferre Abbas, qui habet facultatem a Sede Apost. illud conferendi, nisi loci Ordinarius consenserit, & quemadmodum, & quando placuerit.*
- 17 *Primum Tonsuram & minores Ordines non potest Abbas benedictus conferre Regularibus sibi non subditis, qui dimissorias speciales suorum superiorum, & specialem consensum Episcopi laici habuerint, & minus minus secularibus Episcopi iurisdictioni subiectis, quamuis ipsam Episcopi consensu accedat, & dimissorias portent.*
- 18 *Primum Tonsuram si concedat Abbas cessante privilegio, ac etiam benedictione, nihil facit.*
- 19 *Ordines minores suis subditis de iure conferre potest Abbas, licet non sit benedictus.*
- 20 *Ordines in Abbatia exempta conferre non potest Abbas licet sit Episcopus, sacus si Abbatia est nullius, quia habet populum.*
- 21 *Dimissorias litteras concedere non potest Abbas etiam si probeatur Abbatiam esse in statu nullius diocesis, nisi ille ex donationibus Apostolica & Ordinaria auctoritate confirmatis habeat proprium territorium, & in suis subditis exerceret omnimodam iurisdictionem.*
- 22 *Afficiarij cu sua domo non debet Abbas, nec accipi cum ad celebrandum Pontificaliter vadit, seu ad Ecclesiam accedit solemniter celebratum.*
- 23 *Benedicere solemniter Populo potest Abbas in sua Ecclesia, sed non in presentia Episcopi.*
- 24 *Benedictionem primatam per vnam subditis suis dare non potest Abbas.*
- 25 *Missam solemniter celebrans Abbas usum Mitra & Baculi habens, suos ministros habere debet, Phylacteri daacorum, & subdiaconum, qui ex Missa cantantes sunt Epistolam, & Euangelium, & vnum Capellanum cum Pluviali, qui assistat ad librum, & aliquos clericos, & ministros cum cotta.*